Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



reliquos ab officialibus custoditos. fecit mediolanium peruenire.
Quo cum etiam caecilianus uenisset. ipsum quoque sicut scribsit
exhibuit. Cognitaque causa. qua diligentia. qua cautela. qua pro
uisione. sicut eius indicant litterae caecilianum innocentissimum.
illos improbissimos iudicauit. Et adhuc baptizant extra ecclesiam.
et si possint rebaptizant ecclesiam. Sacrificant in dissensione
et schismate. et pacis nomine populos salutant. quos a pace salutis
exterminant. Conscinditur unitas xpi. blasphematur here
ditas xpi. exsufflatur baptisma xpi. Et nolunt in se ista per or
dinarias humanas potestates. flagellis temporalibus emendari.
nemo aeternas poenas protantis sacrilegiis destinentur. Nos eis
obicimus furorem schismatis. rebaptizationis insaniam ab hereditate
xpi. quae per omnes gentes diffusa est. Nefariam separationis deco
dicibus non tantum nris. sed etiam eorum recitamus ecclesiis.
quarum nomina hodie legunt. et quibus hodie non communicant.
Quae cum recitantur in conuenticulis eorum. lectoribus suis dicunt.
pax tecum. et cum ipsi plebibus quibus illae litterae scribtae sunt.
pacem non habent. Et ipsi nobis obiciunt uel falsa crimina mostuorum
uel etiam si uera tamen aliena. non intellegentes. In his quae nos
eis obicimus omnes illos teneri. in his uero quae nobis obiciunt.
paleam uel zizania messis dominicae reprehendi. ad frumenta
autem crimen non pertinere. Neque considerantes quia quibus mali
placent in unitate. ipsi communicant malis. quibus autem displi
cent et eos emendare non possunt. Neque ante tempus messis audent
zizaniae radicare. ne simul eradicent et triticum. Non facis
eorum sed altari xpi communicant. ita ut non solum non ab eis
maculentur. sed etiam diuinis uerbis laudari. predicari que me
reantur. Quoniam nemo nomen xpi per horribilia schismata blasphemetur.
pro bono unitatis tolerant quod pro bono aequitatis oderunt.
Si habent aures. audiant quid spus dicat ecclesiis. Si cenimina pocalipsi